

AD ERVDITISSIMVM LAELIVM TAVREL-

LV M ILLVSTRISS. COSMI DVCIS FLORENTI-

norum iuri Præfectum, de iis quæ per taurum & bubu-
lum omne genus significantur ex sacris
Ægyptiorum literis.

N publica peccare commoda videar, doctissime Taurelle, si Tauri mei
mugitus nefcio quos Serenissimo Duci Cosmo meo, imo tuo, imo proboru-
mum patrone, dedicare non erubuerim. Nam quamvis non sim nef-
ciosus eum studiosorum commodis applaudere, maiorum suorum exemplo,
qui omnes summam & eam eternam laudem comparauere, dum scili-
cer literas & virtutes, & bonos omnes mores in Italia, atque adeo in ipsa clarissima ci-
uitate Florentia florere, & in honore esse, omni studio, conatuq; omni curauere: ne-
gotia tamen, quibus iuuenis ornatus nunc in tanto rerum Italicarum motu & per-
turbatione destinetur, non permittunt, & importunus accedam, tamen si sapientissime &
magna cum ciuium suorum commendatione omnia temperet & moderetur, ita & ut om-
nes curam studiumq; senile in etate tam viridi admirentur. Quare Taurello potius ami-
co benignissimo cum alendum curandum q; dedi, cui cibus is, quo Taurus noster pascitur,
sufficit abunde, & cum opportunu fuerit, resque ipsa monuerit, suo tempore & loco Tau-
rellus de TAURO, que in eo sunt laudabilia, arque magna etiam admirationis proferat, &
ratiocinetur. Principemque ingenio præstantem, quibus dotibus animal polleat, & si di-
cere licet, quibus virtutibus insignis habeatur, interdum commonefaciat. Nam que ho-
mines recte laudabiliterq; faciunt, cum illi ad hec agenda nati sint, & unusquisque ab
animo suo, qui ratione pollet, posset exempla desumere, quia tamen dotes haec ab humana
natura demanant, non resque adeo sunt in nobis admiranda: sed que fera faciunt ani-
malia, quibus singuli fere singulis motus sunt impertiti, si ultra naturæ sue fines proueni-
tur, eo preciosiora iudicantur, quo magis interdum humanum genus in certamen prouo-
care comperiuntur: cuiusmodi multa admiranda super Elephanto proximo

Commentario ad Reverendissimum Sfortiam commemorauis-

mus, quibus non inferiora forsan de tauru vel bo-
villo omni genere dicturi sumus.

C iiiij

